



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetii, 1608

2 Nunquid homo hominis dominus esse possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

dice nempe charitatem esse rerum possessorum titulum, Vviclefistæ, in quos (vt dicebamus.) Armachanus lib. 10. cap. 4. impegit, illum exprimit senum quod nemo extra charitatem vllum retinet vel spiritualium ius, vel temporalium dominium. Est autem haec fatua heres kepe ac sepius condemnata. Nam licet iniquus per modum meriti non sit dignus pane, quo uescitur, neque qua viuit vita (vt Augustinus, & reliqui sancti aiunt) perficit tamen in eo natura ius, vt sole fruatur, quem Deus oriri facit etiam super malo: Celebrat enim scriptura sacra multos reges etiam dum erant in peccato, non solù Gaiatum, vt Nabuchodonosor, & alios tam Caldeorum quam Persarum verum & Hebraeorum vt Saulem. Salomonem, quin & ipsum Davidem Missum preterea facimus quanta incertitudinis nebula obtenebratam sanctam ecclesiam susque deque velania haec confundere. Nam huius huiusmodi oppugnatio non est prasentis loci. Haud tamen eadem nota Gerloni & Richardo inuenda est, qua denotantur heretici quoniam secundum illos licet illi qui gratia Dei decidit, ius charitatis amittit, amittit fruendi alienis rebus retinet tamen naturae ius, quo sua propria possidet, atque alia iura sue ecclesiastica, sive civilia.

Ad pri-
mū arg.
Argumenta igitur non alia noua indigena responsum. Nam enim negata est illa consequentia primi argumenti, videbile, Dominum rerum fuit homini a Deo donauit, ergo non est ei naturale, quoniam fuit, non tanquam natura adhibitus sed tanquam naturae debitum. Ad secundum etiam responderetur, quod licet substatu celorum non sit homo dominus, vi potest eos alterare, est tamen dominus qui eis vitetur tanquam domicilio, &

ad alia naturalia commoda. Et
multo melius est clementiorum dominus, ut
aeris ad respira-
tionem, &
maris
ad
navigationem. & terre ad cul-
turam, & ignis pariter ad
methecoras impref-
siones.

Ad secū-
dum.

ARTICVLVS II.

Vtum homo hominis dominus
esse possit.

Consequitur in hoc secundo articulo de hac singulariter domini specie dicere: an videlicet esse possit homo alterius hominis dominus? Et arguitur contra affirmatiuam partem: Nullum ius protest naturali derogare, naturali autem omnibus hominibus nascuntur liberi, id legis ipsi latronibus plane conseruatis. Inst de iure person. & ff. de sta. homin. le. libertas, quod seruitur sibi, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur. Et Gregorio idem afferre, ubi ait contra naturam esse homines hominibus dominari, ratione neque idem demonstrante, nam homo a careri animantibus, praefat, proportione viget & libertatis arbitrio ergo nullo iure in genus nostrum obrudi seruitus poruit. Fecit enim Deus hominem rectum, vi habetur Eccles. 1. 5. & posuit eum in manu eius filii sui. Atque hac de caussa homo compatum creatus fuit, careris ore Dei prataliter est creatus, non autem hominus. Secundo id praecipue confirmatur in Christiano. Haud enim decet vi quos Christus in filios. Dei adoptans, libertate donavit seru esse permittantur, nam ut ipse Dominus intulit Matt. 1. 7. Liberi sunt filii. Contrarium decernunt iura civilia citius de statu hominum, & in Insitu. & patet Arist. Polit. 1. quibus locis multiplex seruitus species distinguitur & approbabur.

Ad hanc questionem quatuor conclusiones respondentur. Prima est: Homo iure naturae quam iure gentium potest esse alterius hominis dominus. Duplicem. seruitus scilicet Arist. dignouit i. Poli. Alterum quidem naturalem, aliter vero legalem. Naturalis est, qua homines eleganteris ingenij reliquis hebetibus ac rudibus dominantur. Enimvero, vt in eodem homine anima corporis, ita & in toto humano genere bono homini (vt ait Comicus) oportet pater. Quocirca sagax ipsa natura alios homines ingenio ad imperandū doavit, alios vero corporeis nervis ac membris irrobortauit ad seruendum. Et qd ista dominatio naturalis recta sit, probatur nam hominis natura est, vt secundum rationem uiuat,

viuat, eique adeo eidem obtemperet, ergo
 sicut perfectio appetitus sensitivus in homi-
 ne est rationi parere, ita & inter homines
 perfectio agrestium scientiarumque tu-
 dum est sapientium gubernatur subdi. Altera
 est seruus legalis. Et haec est duplex ut
 inservit de iure perso referuntur. Alii enim
 sunt serui, qui libere cum civitatem virginis
 annorum excellerint, vendunt se, caussa
 participandi premium. Culus quidem seru-
 iutus vult fuit in lege veteri. Legitur enim
 Exod. 21. Si emeris Habraeum sex annis ser-
 uier tibi in septimo autem egredieatur libr.
 Et Leui. 25. Si pauperiter compulsius ven-
 diderit se tibi frater tuus, non optimes
 eum seruitur famulorum, & infra. Ser-
 uus & ancil a qui in circuitu vestro sunt.
 hoc est ex Gentibus hos habebitis famulos
 & hereditatis iure transmittentis ad posse-
 ros ac possidebitis in aeternum. Fratres au-
 tem vestros filios Israel non opprimatis
 per potentiam. Interiectum ergo erat di-
 scimus, quod serui ex genibus esse pote-
 rati perpetui. Habréi vero minime sed
 temporarij. De hac ergo seruitute ponit
 2. conclusio. Talis seruitus est licita. Nam
 eti homines facti sunt a Deo liberi tamen
 tam in natura est animalibus cuiuscum de-
 fidelium ac ius seruandi vitam, vt possint
 fecies gratia miseri in seruitute adigere.
 Nam licet,
 Non bene pro toto libertas venditur auro.
 Vendit tamen pro vita fas est, que omni-
 est pretiosior auro. Immo & parentes ege-
 state compulsi, liberos suos antiquo iure
 vacundare permittebanur vi eodem loco
 Leui. 25. memoriae proditum est. Et cap. de
 patribus qui filios suos distinxerunt l. 2. &
 in isti de patria potest in glo. licet iam inter
 Christianos huiusmodi leges non sint in
 vtu. Autem tamen apud Aethiopes eundem
 adhuc vigore morem, quo ad eorum
 mercatum Luhiani ad napigant. Quod si
 libere vencunt non est cur mercatura illa
 criminis vello denotetur. Veruntamē si que-
 iam percerebuit, vera est fama, diversa est fe-
 tenda tententia. Sunt enim qui affirmant
 fraude & dolo calamitatem gentem sedu-
 ci, inescarique nelsio quibus iocalibus, &
 afflu pellici versus portum, & nonnquam
 compelli, & sic neque prudentes, neque
 quid de illis fiat opinantes huc ad nos trans-
 ministri & vanundati. Quod si vera est histo-
 ria, neque qui illos capiunt, neque qui a ca-

ptoribus coemunt, neque illi qui possident
 tutas habere vñquam conscientias pos-
 sunt quoisque illos manumittant, etiam si
 premium recuperare nequeant. Nam si qui
 rem alienam possidet, etiam si mercatu vel
 alio insto titulo eam acquisierit, cum pri-
 mum alienam esse resciueit, teneat cum
 pretij etiam dispendio dominio reddere
 quanto magis liberum natum hominem
 per iniuriam manu captum astringitur in
 suam restituere libertatem? Quod si quis id
 sibi praetextare cogitauerit, quod preclare
 cum illis agitur dum pro seruitur benefi-
 cium eis Christianismi repandimus iniuri-
 am se nouerit esse in fidem, quae summa
 est libertate docenda ac persuadenda, tan-
 tum abest, vt eorum excusationem Deus
 a mittat. Tertia seruitutis species est etiam
 legalis. Vnde (vt legi citata & ff. de statu
 hominib[us] docemus) seruitutis nomen
 deriuarum est, videlicet quod imperatores
 bello captos vendere neq. occidere solent,
 sed seruare. Et isti dicuntur mancipia, quia
 victores quos gladio transfigere possent
 manu capiunt, vt seruent. Ac de ista seruitu-
 te subditur tercia conclusio. Non modo
 est licita verum de misericordia profecta.
 Si enim quis gratia salinenda vita liber-
 tate se private potest, latius quisque duce-
 re debet seruitutis quam morii tadi, est
 autem latum inter has seruitutis specie in-
 terallium. Nam genus illud dominij ser-
 uitutisque naturalis non plenam attingit
 rem quam nomen lonat secundum ea que
 precedenti quæstione explanata sunt. Ser-
 uus enim secunda ac tercia speciei, quia li-
 ber non est quidquid est, domini est, neq.
 dominus eo virtut in bonum ipsius seru,
 sed ad suam propriam utilitatem sicut iu-
 mento. Vnde Inisti. Per quas personas no-
 bis acqui. Sitem nobis, & de acquirendo
 rerum dominio. L etiam inuitis quidquid
 seruus acquirit adjudicatur dominio. Quā
 uia & inter duas istas seruorum species
 nonnulli mihi videatur discriminis inspi-
 cere. Illi enim qui se in opia prelii seruitu-
 ti mancipant, quia libere se pretio vendi
 uis fugere, iuri nequeunt, sicut neque
 furari quem vendidissent equum, seruos
 autem bello captos non auderem in has
 cogere angustias. Est quid m gloss. super
 ius genium. dist. 1. qua ait seruos in ge-
 nere non posse aufugere, quem sententiam
 elicit ex c. si quis seruus. 17. q. 4. sed tamen

T 4 illud

OTO
 URE
 QIUS
 DIII
 13

illud caput solum prohibet non quis seruum vt recedat, solicet, quod de emptijs intelligi potest. Neque (vt reor) discrepancia est inter Christianos atq; infideles, quoniam ius gentium gentibus cunctis aequaliter est. Quamvis Christianis etiam a Christianis captiuis congruenti ratione fugere licet, nisi pollicitus quis non fugere suam impignorauerit fidei, quam poro servare constringitur. Pariformiter mihi videor vere ac legitimus inter has seruorum

Quib; rebus posse distingue quantum ad ea, in quibus tenentur dominis seruire. Christiani vii vitiā nonq; a Christianis bello capti, non tenentur ut mancipia seruire, neq; eorum bona, prijs, & nisi quz tunc in bello praedita deuenient, sunt dominorum Imo neq; mancipia, que qui serui ab infidelibus Christiani iure belli arripiunt, sic arbitror quidquid sunt, dominorum esse, vt quidquid vel dono suscep-

rint, vel hereditario iure vel lictio ludo fuerint lucrati, teneantur in conscientia dominis exhibere, quoniam enim non sua sponte in illam conditionem incidentur, non est eoru miseris tanta afflictione coercenda, quandoquidem, vt est in regulis iuris. Fauores ampliandi sunt, paene vero restringenda. De illis autem qui leipcos vendiderint, aliquātulo est ratio apparentior, quod quidquid sunt, domini sunt, iuxta prescriptum legum, quas nuperime citavimus, tamen si de horum omnium iudicio, iuris pendentibus deferendum est. Veruntamen de prima specie seruitoris, longe alter speculandum est. Etenim qui natura est dominus, nequit natura serui veluti i rebus possessis in suum ipsius commodum vivi, sed tanquam liberis siue iuris hominibus in rem ac bonum ipsorum, eos cili- et docendo moribusque instruendo. Quapropter neque illi tenentur, veluti mancipia eis seruire, sed requirare quadam & honestate naturali, nisi vbi essent mercede co ducti. Et per haec satisficer illis debet, qui scientur verū iure naturalis dominii possimus Christiani infideles armis infestare, qui pro suorum motum ruditate, naturales videntur esse serui? Nullum enim inde ius contra eos acquiri posse, illos subiugando, eo quod seruitus illi in libertatem non tollit, veluti illorum conditio, qui vel se vendiderunt, vel bello capti sunt, & cum fundimentum dominij sit libertas, nullum amittunt suarum rerum ius. Aristoteles

enim non suum constituebat illam seruitem inter unam nationem & aliam, verum inter personas ciuidem urbis & ciuidem domus. Sunt enim in eadem Christianorum urbe natura serui, qui tamen non subinde possunt suis expoliari, eti; parte natura dominis renuant. Ita eo autem quod idem ait Aristoteles. 1. Pol. c. 3. scilicet quod si cut bestias venari, ita contra eos homines, qui ad parentum natu sunt, possimus bellum moliri. etenus audiendus est quod illos qui seruarum more palantes obseruant, nulla seruantes gentium foederia sed aliena petentes quoconque graflantur, possimus vi abigere & subigere, & in ordinem cogere. Sed de hoc latius in libello nostro. De ratione promulgandi Euangelium, ubi de dominio & iure, quo catholici reges in omnium orbem oceanicum funguntur, amplior parte hic dicendi locus.

Ad argumentum ergo in contrarium responderetur, per seruitem non contraria, aut proprie derogari naturali iuri habeantur, nullam naturae prohibet seruitem, tanquam peccatum, alias nunquam efficieta. Sed (vt 4. sentent. dist. 26. auctor est San. Thom.) bifariam aliquid est a natura intendit. Vno modo secundum intentionem primam, quemadmodum generationem intendit, corruptibilis natura, seruitem. Altero modo, quantum ad secundam intentionem, quo pacto corruptione intendit vi generet. Vnde Aristoteles 2. celi. tex. 37. scilicet ai esse propter naturam. Simili ergo ratione aiunt iura, seruitem esse contra naturam, nempe contra primam naturae intentionem, qua cupit omnes homines secundum rationem studiosos esse. Atamen illa deficientis intentione, ex culpa subsequitur est pena qua est conformis naturae corruptae. Atque inter panarum genera vnum est legalis seruitus. Non ex peccato originali subsequitur est egellas & bellorum turba, que homines in seruitute adiungunt. Quiae neque Christiani ciui modi seruitus repugnat. Christiani liberos a lege nos tantum peccati & mortis fecit, vt ad Rom. 8. ait Paulus. Nulli tamen nos iuri gentium exemit. Immobilitas 3. ad. non seruos obediens dominis, & Petrus addit, etiam discolors. infidelibus qui extra ecclesiam vagantur. & 1. ad Corin. 7. moner. vt qui seruus vocatus est, seruus maneat. Verum est tamen, quod pro-

pierdecentiam Christianæ libertatis con-
suetudo iam pridem obtinuit, ne Christia-
ni bello capti more mancipiorum seruit, &
vt Bartol. adnotauit in l. hostes de capt. &
post reuer. Seruitus autem naturalis nō in-
cidit in statum innocentie, vii modo exi-
sit, quia nulli essent rudes & ignari, rameti
infantes & pueri non omnia tñrent, que
adulti. Neque sufficiunt omnes codem inge-
nij acumen nari. Fuit ergo seruitus per
idem peccatum ingressa, per quod (vt ait
Paulus) introiuit mox. Quod autem Ambro-
sii (vt referunt d. 35 can. 6. die) per eum ieta-
tem obrepisse seruitutem in orbem, fateor
me non intelligere nisi seruum appellat e-
brium qui ratione vñ uorbatus, sit sicut iu-
mentum. Videri autem cuiquam possunt
iura supra citata secum pugnare. Afferunt
quippe ex una parte seruitutem iuregen-
tium esse constitutam, ex altera vero Im-
periorum esse sanctionem. Haud tamen
vñam habent contra pugnantiam. Existit
enim seruitus de iure gentium, vt expresse
habet Canon. Gregorij cum Redemptor.
11. q. 2. vbi ait homines quos ab initio na-
tura liberos pro ultius gentium iugo sub-
fittit seruitus. Dicitur enim ius gentium
propter quod ratio naturalis omnes ge-
tes illud ius docuit. Dicitur vero & impera-
toria confititio eo quod Imperatores tu-
ram illud habuerent, cum more & visu con-
firmarunt.

ARTICULUS III.

Vtrum homo sit vita sua ac fama do-
minus.

Restat in hoc tertio articulo de domi-
nio propriæ vita ac famæ: tantillum
semonis adiçere. Vtrum scilicet homo
sit propriæ vita ac subinde honoris & fa-
mæ dominio fungatur. Arguitur enim de
vita quod sit sua quisque dominus, ex illo
Ecclesiast. 15. Iesus ab initio consiluit ho-
minem, & reliquum in manu sui consi-
lii. Relinquere nanque in manu consi-
lii sui nil aliud esse apparet, quam facere
cum dominum sui, atque adeo sua pro-
priæ vita. Secundo. Propter quod unum
quodque rale (vñ est in Poste. Analyticis)
& illud magis est autem homo dominus

reliquorum bonorum propter vitam, ergo
excellētius est dominus vita. De fama autem
arguitur tertio a parte negativa quod
non sit homo sua propriez domini ex illo
sapientis precepto Eccles. 41. Curam habe-
re bono nomine, ubi custodes instituti vide-
mur famam, non domini ut pecunia. Cui &
illud accinit Prover. c. 22. Melius est bonū
nomen quam diuitiae multæ. Quarto argui-
tur auctoritate Aug. de bono viduatis, c.
20 quod referitur 14. q. 3. c. Non sunt audi-
di, vbi in reprehensionem corum qui pro-
pria negligunt famam, subdit. Quia nobis
necessaria est vita nostra, alij vero fama
nostra, Quibus verbis insinuare ut domi-
num famæ nostra non esse penes nos sed
penes rem publicam. Item primo de Ci-
uitate Dei, cap. 20. ait, illo precepto. Non
fallam dices testimonium, prohibeti quemque
aduersum te false testificari, sicuti aduers-
sus proximum. Quemadmodum alio pre-
cepto, Non occides, vna & proximi homi-
cidium & proprium prohibetur. Ex hoc ergo
arguitur. Partiter haec duo precepta pro-
hibent tam testimonium aduersus propriam
famam, quam proprium homicidium, &
ex hoc secundo colligitur hominem non
esse dominum vita, ergo ex altero pariter
elicitur neminem esse dominum sue pro-
priae famæ. Contra partem autem affirmati-
vam prioris membra extat illud Sapien-
tia. Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes
potestatem, & deducis ad portas mortis, &
reducis vbi solus Deus insinuatur, vita do-
minus de fama autem in contrarium facit
quod ipsa & honor connumerant in bonis
proprijs acquisitionis, quibus ad felicitatem vñ-
mur, ergo sicut quicq; vñ potest facultatib.
fuis & possessionibus sicut ut in alienando ne-
mini faciat iniuriam, ita vñ potest honore
& fama, atq; adeo sicut illo modo talium ho-
norum homo est dominus.

Eisti duo hec quæstia contrarijs respon-
sionibus dissoluantur conjugalimus tamen
ambo sub una disputatione, ut contrarie
ipoforum rationes è regione opposite ap-
petus ses ambas elucidarentur. Ad quæstio-
nem ergo respondetur quatuor conclusio-
nibus. Prima est. Homo non est sue vita
dominus. Probarur primo tam auctoritate
Sapientie modo citata, quam ex illo Deu-
terono 22. Ego occidam, & ego uiuere fas-
ciam. Quibus locis probatur dominum ui-
te nostre. Dein sibi referuasse. Deinde ab
effectu

Prima
conclusio
effectu

OTO
URE
QIUS
DIII
43